

SIXTVS PP. V.



D F V T V R A M R E I M E M O R I A M .

Cum nos
aliam, videlicet, sub die tertia Septembbris Anni Do-
mijni M. D. LXXXVI. quondam Martino Zuriae, ut af-
ferebatur, nepoti, & donatario quondam Martini ab
Azpilcueta Doctoris Nauarri nuncupati, quod Ma-
nuale Confessorium, & penitentium, ac de peniten-
tia distincta, prima, & de horis canonicis, necnon Mi-
scellanea de oratione, & de reditibus Ecclesiasticis, ac de Regularibus,
præterea de Iudicijs, necnon de Iubilæo, ac de Iudæis, & de spolijs cleri-
corum, & de restitutione spoliatorum, ac de usuris, & de finibus humano-
rum aeternis, & in cap. inter verba, & in cap. humanæ aures, & de datis
& promissis, ac de rescriptis, opera dicti Martini sepe fuerunt impressa,
& ad publicam studiosorum utilitatem de novo imprimenda vna cum
Consilio, & responsis, & lecturis in varios titulos Iuris Pontificij operi-
bus ipsius quondam Martini nondum impressis in tomos redigenda im-
primere intendent priuilegium impressorum ad Decennium per qua-
dam nostras in forma Brevis confetas literas concesserimus. Et, sicut
acepimus, ex donatione dicti Doctoris Martini dictus Martinus Zuria, &
Franciscus Ramirez pro labore in prosecutione impressionis percipien-
ex emolumentis operum predicatorum duas quartas partes, & dilectus
filius Michael de Azpilcueta eiusdem Doctoris Martini nepos, & paternæ
domus, ac familiæ de Azpilcueta hæres alias duas partes pro distribuen-
dis illarum emolumentis inter pauperes consanguineos dictæ familie,
cum dictus Franciscus Ramirez ante dicti Doctoris Martini obitum ab
humanis migrauerit, percipere debuerint, ac de iuribus dicti Michaelis
in dictis literis mentio nulla facta exiterit, & postmodum cum dicta ope-
ra imprimi duntaxat coepit, & non finita extitissent, &c. & denum par-
tem eorumdem operum ipsum Martinum Zuria tangétem dicto Michae-
li concessimus. Ipseque Michael opera predicta in lucem edere intendat.
Nos propterea Motu proprio, & ex certa nostra scientia, omnibus, & singu-
lis utriusque sexus personis, praesertim Bibliopolis, & librorum im-
pressoribus tam in Vrbe, quam in reliquis terris Sanctæ Romanae Eccle-
sia mediate, vel immediate subiectis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub
mille ducatorum auri de Camera eidem Camera Apostolica applican. &
insuper amissionis librorum, & excommunicationis majoris latæ senten-
tiæ penitentie ipso facto, & absqueulla declaratione incurrendis, quo-
ties contra factum fuerit, ne durante Decennio proximo à die impres-
sionis nouæ dictorum operum, ipsa opera, quæ à dilectis filiis Vicario Vr-